

FLORILEGIUM

PROVERBIORUM UNIVERSAE LATINITATIS.



PROVERBIA,

PROVERBIALES SENTENTIAE GNOMAEQUE CLASSICAE,

MEDIAE ET INFIMAE LATINITATIS.



COLLEGIT ET IN NOVUM ORDINEM REDEGIT

Prof. Dr. EDUARDUS MARGALITS

DIRECTOR GYMNASII, INSPECTOR INTERNATUS CROATICI BUDAPESTIENSIS,
CRUČE AERKA »PRO PHS MERITIS« DECORATUS



BUDAPESTINI IN HUNGARIA 1895

LUDOVICUS KÓKAI BIBLIOPOLA

Abluere. Ablue, pecte canem, velut ante videbis inanem.

Abolescere. Non abolescit gratia facti. Verg.

Abolla. Facinus majoris abollae. Juv. 3. 115. (Abollae: pallium philosphorum. Ironice: opus magnum.)

Abominari. Quod abominor. Ov.

Abominatio. Abominatio Domini est omnis arrogans. Ss. Prov. 16. 5.

Abrasus. Qui fuit abrasus, emungitur illico nasus.

Abrumpere. Ex abrupto. Funem abrumpere nimium tendendo. Nimium tendendo funem abrumpis. — Pons a tergo abruptus est.

Abcondere. Aquae furtivae dulciores sunt et panis absconditus suavior. Ss. Prov. 9. 17. — Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Ss. Prov. 27. 5. Munus absconditum extinguit iras. Prov. 21. 14. — Musica abscondita nullius est rei. Gell. 13. 30. 3. — Non agnoscetur in bonis amicus et non abscondetur in malis inimicus. Ss. Sirach. 12. 8. — Non potest civitas abscondi supra montem posita. Ss. Matth. 5. 14.

Omnes res potes in foro emere publico, sola sapientia est quaerenda in cubili abscondito. — Optime miserias ferunt, qui abscondunt. Curt. Alex. 5. 5. 11. — Sapientes abscondunt scientiam. Ss. Prov. 10. 14. — Sapientia abscondita et thesaurus invisus, quae utilitas in utrisque? Ss. Sirach. 20. 32. — Veritas nihil erubescit, nisi abscondi. — Vilis amictus saepe abscondit spirituale jubar. Salutar. 25.

Absens. Absens, carens. — Absens heres non erit. — Absentem aggreditur. — Absentem blasphematur. Hieron. — Absentem laedit, cum ebrio qui litigat. Publ. Syr. — Absentem qui rodit amicum, caveto. — Absentes deos testes facit. (Mentitur.) — Absentes habentur pro mortuis. — Absenti non nocet anguis. Paling. 4. 769. Desiderare absentem. — Dul-

cia poma absente custode. — Falsi homines praesentem videntur amare, absentem laedunt. — Me absentem percutiant. Diogenian. — Praesens absens est. (Corpore - animo). Ter. Eun. 192. — Quisquis amat dictis absentum rodere famam: hanc mensam vetitam noverit esse sibi. (Inscriptio mensae Augusti). — Te praesente absente. Terent.

Absentia. Doctor in absentia.

Absistere. Ne absiste. Verg.

Absolvere. Ab instantia absolvere. (Breviter, sine testibus). — Arduum conficit iter, qui absolvitur a scorto. — Brevis cantilena cito absolvitur. — Iudex damnatur, quum nocens absolvitur. Publ. Syr. — Nimium properat, serius absolvit. Paucis absolvam. Sall. — Qui nimium properat, serius absolvit. Quod egregium futurum est, serius absolvitur. Sacra celerius absolvenda. Hom. — Se iudice nemo nocens absolvitur. Macrob. somn. Scip. 1. 10. 12. Sutoris atramento absolvere. — (Suspendit se laqueo, sic effugit iudicium).

Absque. Absque aere mutuum est Apollinis oraculum. — Absque oleo pingit. — Absque pugna non est victoria. — Absque re qui vadit, res sibi nulla cadit. — Absque victoria non datur corona.

Absterrere. Canis a corio nunquam absterrebitur uncto. Hor. sat. 2. 5. 83.

Abstinencia. Ante annos robustae aetatis periculosa est teneris abstinencia gravis. Hier. — Multi morbi quiete et abstinentia curantur. — Per abstinentiam non caro, sed carnis vitia exstinguenda sunt. S. Gregor.

Abstinere. Abstine, sustine. — Abstine Venere et vino. — Carnibus abstentum pie placat pisce parapsis. — Sustine et abstine. Gell.

Abstrusus. In abstruso situm est.

Absumere. Absumpta suilla, bubulam ne exspecta. (Caro).

Absurdum. Ad absurdum. — Credo, quia absurdum. — Ingenium haud absurdum. Sall. — Nec absurdus ingenio. — Nihil tam absurde dici potest, quod non ab aliquo philosopho defendatur.

Abundantia. Ex abundantia cordis os loquitur. Ss. Matth. 12. 34.

Abundare. Cautela abundans non nocet. — Habenti dabitur et abundabit. Ss. — Meretrix ut mare, nunquam abundat. Plaut. Truc. 2. 7. 16.

Omnibus abundat. Pipere abundans etiam oleribus immiscet. Qui habe, dabitur ei et abundabit; qui autem non habet, et quod habet, auferet ab eo. Ss. Matth. 13. 12.

Risus abundat in ore stultorum. Semper abundantes pariunt fastidia mensae. — Unusquisque abundat sensu suo. Utere quaesitis parce cum sumptus abundat, labitur exiguo, quod partum est tempore longo. Vix erit in mundo, qui tandem dicat: »abundo«.

Abunde. Mihi abunde est. Pauca abunde mediocribus sufficiunt.

Abusus. Abusus non tollit usum. — Tollatur abusus, teneatur pristinus usus. Usus propter abusum tollere. Usus habet laudem, crimen abusus habet. — Usus propter abusum minime tollendus.

Abuti. Quousque tandem abutere patientia nostra? Cic. — Utendum est divitiis, non abutendum. Sen. de mor. no. 78. — Utere quaesitis, sed ne v' dearis abuti. Cato. 3. 22.

Abydus. Ne temere naviges Abydu.

Abyssus. Abyssus abvssum vocat. Deus intuetur abyssus.

Academia. Conjugium: humanae, divinae academiae, vitae. (Nemo satis sap't n matrimonii jungendis.)

Acanthis. Vincit acanthida cornix. Calp't n. ecl. 6. 6.

Accedere. Accessit patellae dignum opereulum. Hieron. ep. 7. 5. — Antequam voceris, ne accesseris. Ps. Cato dist. 7. — Illotis pedibus accedit. Gell. 17. 5. 14. — Ad concilium ne accesseris, antequam voceris. — Tam facile est, quam: »accede isthuc«. (Sc. dicere.) Petron. 57.

Accelerare. Mala senium accelerant. Hom. — Si quis ad inferni properat descendere manes, huc iter accelerant: balnea, vina, Venus.

Accendere. Accensa lucerna candelabrum quaerit.

Accessorium. Accessorium sequitur suum principale.

Accidere. Accidit in puncto, quod non contingit in anno. Accidit in puncto, quod non speratur n anno.

Accidunt ex una scintilla incendia passim. Lucret. 5. 609. Cuius potest accidere, quod cuiquam potest. Publ. Syr. Inter os et offam multa accidere possunt. Gell. Inter pocula res accidit. Non contristabit iustum quidquid ei acciderit. Ss. Prov. 12. 21.

Speremus, quae volumus, sed quae acciderint, feramus. Cic.

Accipere. Ab improbo debitore quodvis accipe. Accipe quale datur, si cupis esse satur. Accipe quam primum, brevis est occasio lucri. Accipere humanum est, inopi dare Deorum. Accipere, quam facere, praestat injuriam. Cic. Tusc. 5. 19. 56.

Accipias paleam, si non vult solvere nequam. — Accepto damno januam claudere. Juv. 13. 129. Beatius est dare, quam accipere. Ss. — Beneficii accepti nunquam oportet oblivisci, dati protinus. Sen. de mor. 67. — Beneficium accipere, libertatem est vendere. Publ. Syr. — Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Publ. Syr. — Digna merces quam quis accipit. — Dives pauperibus imperat, et qui accipit mutuum, servus est foenerantis. Ss. Prov. 22. 7. — Fraus est accipere, quod non possis reddere.

Publ. Syr. — Gratis accepistis, gratis date. Ss. Matth. 10. 8. — Id facilitate accipiunt animi, quod agnoscunt. Quint. — Improbos est homo, qui beneficium scit accipere et reddere nescit. Plaut. Pers. 5. 1. 10. — In antecessum accepisse. Sen. ep. 7. — Intrepidus, quamcunque datis mihi, numina, mortem, accipiam. Lucan. 5. 658. — Mens prava malorum, immemor accepti, non timet esse, boni. Anon. fab. Aesop. 8. 7. 8. — Multi currunt, sed unus accipit bravium. Ss. — Nec accipias munera, quae etiam excaecant prudentes. Ss. Exod. 23. 8. — Noluisses de manu illius panem accipere. Petron. 37. — Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. Ss. Sirach. 4. 36. — Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit. Ss. — Pro rebus verba, haud pro personis accipe. Publ. Syr. — Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepit. Sen. de benef. 2. 11. 2. — Qui gratus futurus est, statim dum accipit, de reddendo cogitet. Sen. de benef. 2. 25. 2. — Qui petit accipit et qui quaerit invenit. Ss. Matth. 7. 8. Saepe fit ingratus, qui accipere saepe paratus. — Si servo nequam palmus datur, accipit ulnam. — Utrique sunt fures et qui accipit, et qui furatur.

Accipiter. Accipiter avidus atque invidus. Plaut. Pers. 409. Accipiter est. — Aves necat accipiter. Plaut. Pers. 3. 3. 5. — Terretur nimis pennae stridore columba, unguibus accipiter saucia facta tuis. Ov. trist. 1. 1. 75.

Accius. Idem Accii, quod Titii. Verg. — Idem Accii, quod Titii jus esto. Verg.

Acclamatio. Post acclamationem bellicam jacula volant.

Accommodare. Utilibus monitis prudens accommodat aurem.

Accrescere. Veteribus negotiis nova semper accrescunt. Plin. min.

Accusare. Accusare et judicare simul, fas non est. Menand. — Clodius accusat moechos, Catilina Cethegum. (Sc. malus malum.) — Cum accusas alium, propriam prius inspicere vitam. Cato monost. 41. — Deus judicat, cum nemo aequat. — Dum excusare credis, accusas. Hier. ep. 4. ad virg in exil. — Fortunas suas accusat. — Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Publ. Syr. — Nemo tenetur se ipsum accusare. — Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Publ. Syr. — Pulchrum est accusari ab accusandis. — Qui se excusat, accusat. — Senectutem, quam ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti. Cic. de sen. 2. 4.

Accusatio. Tempestiva sui excusatio est accusatio.

Acer. Acrior in stomacho furit aegra fames bene sano. — Acrius appetimus nova, quam parta tuemur. — Emungens acrius elicit sanguinem. — Macilenti pediculi acrius mordent. Maledictum interpretando facies acrius. Publ. Syr. Potentia cautis, quam acribus, consiliis tutius habetur. Tacit. ann. 11. 29. — Prima coitio est acerrima. Ter. Phorm. 346. — Quanto perditior quisque est, tanto acrius urget. Hor. serm. 1. 2. 15. — Quod licet ingratum est, quod non licet acrius urit (v. urget). Ov. am. 2. 19. 3. — Saepe acri, potior prudentia, dextra. Val. Flacc. Argon. 4. 622.

Acerbitas. Monitio acerbitate careat. Cic. de amic. 24. 89.

Acerbus. Acerba est uva. — Alienum aes homini ingenuo acerba est servitus. P. Syr. — Fratrum ira acerbissima. Fratrum inter se irae sunt acerbissimae. — Indoctum doctumque fugat recitator acerbus. — Ludicra per verba res saepe notatur acerba. — Mors infanti felix, juveni acerba, sera nimis seni. Publ. Syr. — Nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solatium inveniat. Sen. de

SUPPLEMENTUM
AD OPUS:
FLORILEGIUM
PROVERBIORUM
UNIVERSAE LATINITATIS.

PROVERBIA,
PROVERBIALES SENTENTIAE GNOMAEQUE CLASSICAE,
MEDIAE ET INFIMAE LATINITATIS.

COLLEGIT ET IN NOVUM ORDINEM REDEGIT
DR EDUARDUS MARGALITS
PROF. UNIVERSITATIS BUDAPESTIENSIS.



BUDAPESTINI IN HUNGARIA 1910.

floret tibi temporis aetas, utere, non tardo labitur illa pede. Tibull. — Breve tempus aetatis satis longum ad bene vivendum. Cic. — Consule queis aetas longa magistra fuit. — Cras, cras, semper cras et sic dilabitur aetas. — Curae pone metas, ut sit tibi longior aetas. — Felix nimium prior aetas, contenta fidelibus arvis. — Mors omni aetati est communis. — Ne doceas, me aetas jam facit indocilem. — Nequitia supplet aetatem. — Nihil ad profectum aetas prodest. — Non omnia grandior aetas, quae fugiamus, habet. Ov. Met. 6 28. — Nulla aetas ad discendum sera. S. Ambros. — Nulla aetas ad perdiscendum sat est. — Per multum cras, cras, semper dilabitur aetas. — Qui major est aetate, major est iniquitate. — Quid crastina volverit aetas, scire nefas homini. Stat. — Res, aetas, usus semper aliquid appor-
tat novi. Terent. — Sapere aetate decet, qui sunt capite candido. Plaut. — Sapientiae aetas condimentum est. — Sensus, non aetas invenit sapientiam. Publ. Syr. — Sicut sobrietas facit, ut sit longior aetas, sic facit ebrietas vitae breviare diaetas. — Sine mente cani aetati sunt opprobrio. — Stultus est adversus aetatem et canitudinem. Plaut. — Vidi jam juvenem, premeret puum senior aetas, moerentem stultos praeteriisse dies. Tibull. — Vino forma perit, vino corrumpitur aetas. Propert. 2. 24. 33. — Vir notat: aetatem, sponsum, sexum, probitatem.

Aeternus. Deus est in aeternum et ultra. — Mundani stulte fugientia gaudia quaerunt, aeternum stygiis inde luenda rogis. — Serviet aeternum, qui parvo nesciet uti. — Verbum autem Domini manet in aeternum.

Aevum. Cunctis stat terminus aevi Sil. 3. 134. — Per varios casus praeeeps rota volvitur aevi. — Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas. Verg. Aen. 3. 416.

Affectus. Affectus mentis operam patet experimentis. — Titillatio affectus scabies est. — Ubi errat oculus, errat quoque affectus.

Afferre. Quod procul affertur, hoc dulcius esse refertur.

Affinis. Solita odia inter propinquos et affines.

Affinitas. Invidere novit ipsa affinitas. Aristot.

Afflare praestat edulia, quam aduri.

Afflictus. Bacchus et afflictis requiem mortalibus affert. — Spes servat afflictos. Plut.

Affligere. Affligit tortor, gravior affligit, quae loquuntur. — Lex eorum, quibus pater est Adam, ut laborent, quibus mater Eva, ut affligantur.

Ager. Colonum interdum fallit nimium pinquis ager. — Conserit unus agrum, sed fruges demetit alter. — Fertilis assiduo si non renovetur aratro, nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ov. trist. 5. 23. — Fructus non multus, ager si non bene cultus. — Fructus, non multus ager est ubi non bene cultus. — Nullus non ager aquilae patet. — Oculus domini impinguat agrum. — Qualis ager talia, semina; quales flores tales colores. — Qui negligit censum, perdit agrum. — Sicut ager colitur, sic fructibus hic redimitur — Sterilem adrum ne colas. Plato.

Agere. Abs instrumentis est mancus motus agentis. — Age quod agis Plaut. — Agenda meditare, acta mox examina. — Agentes et consentientes pari poena digni. — Agentes et consentientes pari poena puniuntur. — Nave agere oportet, quod agas, non ductarier Plaut. — Nihil agunt. Cic. fam. II. 28. — Nil actum credas, dum quid superesset agendum. Lucan. — Nil agere semper infelici est optimum. Publ. Syr. — Omne tulit punctum, patitur qui semper agitque quae volt, quoque modo vult Deus et quia volt. — Quae tua sunt, agas. Terent. — Quidquid

agunt homines, intentio iudicat omnes. — Quod agis, id agas. Plaut. — Recte agens confide; si recte vivas, ne cures verba malorum. — Semper illa tria homini meditanda: quomodo bene sapiat, bene dicat, bene agat. — Si non valet, quod ago, valeat, ut valere potest. — Vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt. Sallust.

Agglutinare. Ovum agglutinas. Diogenian.

Aggredi. Animus vereri, qui scit, tuto scit aggredi. — Gorgonem Perseus aggreditur. — Multis ambagibus uti, priusquam rem aggrediamur. — Nemo potentes aggredi tutus potest. Sen. — Plurima qui aggreditur, nihil apte perficit unquam. — Ultra vires nihil aggrediendum.

Aggressus. Multa aggressus, omnibus frustratur.

Agmen. Nec duces simus, nec agmen cogamus. (Primi, ultimi.) Cic. ad Attic. 15. 13.

Agna. Non procul a stabulis audet discedere, si qua excussa est avidis dentibus agna lupi. Ov. trist. 1. 1. 78. — Crimine vel parvo lupus agnam mordet agrestis.

Agnellus. Est piger agnellus, quod non gestat bene vellus.

Agninus. Cute sub agnina latet mens saepe lupina. — Pelle sub agnina latitat mens saepe canina.

Agnus. Agnus ovem sequitur, capras hoedique petulci. — Ajax immeritos dum occidit, desipit, agnos. — Discedant agni, lupus est ubi iudex. — Intra vimus ut agni, regimus ut lupi. — Si lupus est (edit) agnum non est mirabile magnum. — Vulpes vult fraudem, lupus agnum, femina laudem.

Agnoscere se ipsum.

Agricola. Agricolae magis appetunt lucrum, quam honorem. — Agricolam impigrum esse oportet. — Agricolam vendacem esse oportet, non emacem.

Ajax immeritos dum occidit, desipit, agnos.

Ala. Citius elephantum sub ala celes. Lucian. — Lupi alas quaeris. Suid. — Nostris ipsorum alis capimur. Athen. — Oratio sine malis est avis sine alis.

Alanda. Cui culpa est imputanda? Dic mihi sub cauda, quis te percussit alanda?

Album. Album errori calculum adjicere. — Album panem tibi pinsit. — Album venari passerem. — Balnea cornici non prosunt nec meretrici; nec meretrix munda, nec cornix alba fit unda. — Cave tibi ab Italo ruffo, ab albo Francigena et a nigro Allemanno. — Et nigrae vaccae album lac praebent. — Mus albus. (Inamoratus) Suid. — Novit, quid album, quid nigrum. Pomp. Fest. — Quae alba sunt, nigra dicere. Cic. — Raro breves humiles vidi, longos sapientes, albos audaces, rufoque colore fideles.

Alea. Alea multis exitio fuit. — Anceps est ludi alea. — Omnem jacere aleam. Lucian. — Vix fovet undecimum, sed pauperat alea multos.

Alere. Est puer alendus a patre, simulque tuendus. — Monstrum alunt. Terent. — Qui canem alit peregrinum, huic nil reliqui fit, praeter linum.

Ales. Dat pullos tales, qualis dignoscitur ales. — Oscitat ad tales, quas res praenoscat ales. Inf. — Sic fato felix a dextris advolat ales.

Alexander Magnus erat corpore parvus.

Algere? Alges plus vestes, dum plures sunt tibi testes. Inf. — Aude si vis aliquid esse, probitas laudatur et atget. Iuv. 1. 73. — Quamvis algescit, et presbyter ipse senescit, frigora non curat, donec oblatio durat.

Algor. Longe clarescit, quae hiemps algore rigescit. Inf.

Alienus. Albo reti aliena captare bona. — Aliena ante oculos habere facta, post tergum sua; oculatus quili-

bet in vitio alineo, caecus in suo. — Aliena incubare ova. — Aliena negotia curat neglectis propriis. — Aliena noli curare. — Aliena periclitatio, nostra emendatio. — Aliena sic nobis tractanda sunt, ut nostrorum non obliviscamur. — Alienae incumbere famae miserum est. — Alienis lacrimis cautiior. — Alienis plumis se ornat. — Alienis uti soleis. — Alieno auxilio potens. — Alieno e corio dilatare cingulum. — Alienum amamus, proximum contemnimus. — Alienum arvum arare. — Alienum tergus in latas dissecare corrigias. — Curiosius aliena scrutari abstinenceas. — Difficilis est cura rerum alienarum. Cic. Off. 1. 9. — Ditabitur nemo, nisi qui aliena miscuerit suo. — Domi alienae mutus esto. — Dulcius est miseris alienis vivere terris. — Dum aliena affectamus, nostra amittimus. — Egregia doctrina alieno sese corrigere malo. — Ex alieno prodigus quilibet esse potest. — Ex malis alienis comparat sibi medicus bona. — Fac tua, quae tua sunt, aliena relinque. — Fac tua, quae tua sunt, et non aliena require; neglectis propriis intendunt stulti alienis. — Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Hor. — Fundum alienum arat, suum incultum deserit. Plaut. — Juristis et medicis licitum est jure suo ex alienis incommodis sua comparare commoda. — Libenter invitat hospites in alienas domos. — Muris in morem semper alienum cibum edimus. — Neglectis propriis intendunt stulti alienis. — Non est mittenda falx in alienam messem. — Non satis feliciter procedunt, quae quis oculis committit alienis. — Nostra placent vobis, plus aliena nobis. — Patria dat vitam, raro largitur honores, hos melius multo terra aliena dabit. — Plus in alieno, quam in suo negotio vident homines. Sen. — Procax est natura multorum in alienis miseriis. — Qualem commendes, etiam atque etiam

adspice, ne mox incutiant aliena tibi peccata pudorem. Hor. — Quem aliena manus nutrit, raro fit satur. — Quisque in malo alieno, in suo nemo sapit. — Stipulam in alieno oculo facilius prospicere, quam in suo trabem. — Stulta de alienis superbia. — Stultum est aliena sic appetere, ut de nostris periclitemur. Liv. — Transfert et proprias aliena in crimina culpas. — Viscatis hamatisque muneribus non sua promere, sed aliena corripere. Plin. ep. 9. 30.

Alimentum. Collige fragmentum, quod pauperis est alimentum. — Homo aequae magis indiget disciplina, quam alimento. — Qui vento volunt pasci, indigni sunt alimento alio. — Vide, otium et cibus quid faciat alienus.

Alimonia. Linguae voluptas, ventri pondus alimoniae.

Aliquid. De omnibus aliquid, de toto nihil. — Melius est aliquid, quam nihil.

Aliter. Multa fiunt eadem, sed aliter. Quint. — Tu si hic sis, aliter sentias. Terent.

Alius. Acrior semper in te iudex, quam in alios. — Alia dantur, alia negantur. Hom. — Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. — Alia Meneclis, alia porcellus loquitur. Lucif. — Alii laborarunt, alii perceperunt emolumentum. — Aliis lingua, aliis dentes. — Aliis prospiciens, non sibi. Aelian. — Alio relinquire fluctu alius excipit. Aristid. — Aliorum ex loculis faciliores sumptus fiunt. — Aliud in alio morbo remedium. — Aliud in ore, aliud in corde. — Alius in aliis rebus praestantior. — Ardua res est vicisse alios victoria, major est animi fluctus composuisse sui. — Bonus minime putat alium esse malum. — Carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere. — Cum culpatur alios, nemo sine crimine vivit. — Esto quod es;